



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 98. Capita conventionis Cæsareæ cum Gallis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.
A. C. 1646.

§. XCVIII.

Capita conventionis Cæsareæ cum Gallis.

*Adam. l. c.
Mayer acta
pac. tom. 3.
l. 19. & seqq*

Verum ipsa Aufriacorum oppositione Gallorum aviditas acuebatur, quocirca die vigesima nona Maij & prima Junii coram Mediatoribus declararunt, quod præter alia Metensem, Tullensem ac Virodunensem Episcopatus, Pinarolum, Moyenvicum, utramque Alfatiam, Sundgoviam, Brisaccum & Neoburgum absque ulla exceptione sibi cedi, Palatinatum vero inferiorem, salvo Catholicæ Religionis exercitio, Palatinis restitui postularent. Enimvero Mediatores nullum non movebant lapidem, ut Gallos ad acceptandas conditiones a Cæsare propositas animarent: summi quoque Pontificis Nuntius exhibitis ejusdem literis, ne quid circa Episcopatus cum Sedis Apostolicæ præjudicio decerneretur, iterato petebat. præcipue, cum Galli hæc verba a Cæsareis addita: *sine præjudicio jurium Sedis Apostolicæ*, deleri postulassent: Attamen a Gallis haud amplius obtineri poterat, nisi quod promitterent, se recepto Philippiburgo, Suecos ac Protestantes ad æquiora pacis media inducturos, spe facta, tunc etiam

etiam faciliorem fore viam cænobia a Sæc. XVII.
 Protestantibus occupata repetendi. in- A. C. 1646.
 terim multa ultro citroque non sine
 verborum contentione, & animorum
 offensione agitabantur, tandem vero
 Cæsarei nomine Imperatoris & Imperii
 consensere. I. Ut præfati Episcopatus
 unacum Moyenvico & Pinarolo ad
 Gallos pleno jure transferantur, reser-
 vato tamen jure Metropolitico. II. Iis-
 dem Brisaccum, utraque Alsatia, Sund-
 govina unacum decem civitatibus Impe-
 rialibus in Alsatia sitis, omnibusque
 pagis cedantur, & Benfeldæ munitio-
 nes, quamprimum Sueci hanc urbem
 restituerint, sicut & Tabernarum,
 Heanbaci, & Neoburgi propugnacula
 solo æquentur, nec unquam munitio-
 nes Basilea Philippiburgum usque in
 citeriori Rheni ripa erigantur. III. Æs
 alienum, quo Ensisheimiense ærarium
 gravatum est, in se Ferdinandus Caro-
 lus Archidux cum ea parte Provinciæ,
 quam Franciæ Rex restituere tenetur,
 in se recipiat. IV. Sit quoque eidem
 Regi, ejusque Successoribus jus per-
 petuum tenendi præsidium in Philippi-
 burgensi arce, Episcopo & Capitulo
 Spirensi reservatis, salvisque omnibus
 ceteris juribus: Vicissim vero Gallici
 Oratores pollicebantur, quod I. præ-
 fato Archiduci quatuor civitates Syl-
 vestres.

Sæc. XVII. A.C. 1646. vestres, Comitatum Havenstein, Syl-
vam Nigram, utramque Brisgoviam
omnesque civitates in eo sitas, totam-
que Ortenaviam restituere velint, ple-
na negotiandi, commeandi, & navi-
gandi libertate utriusque Rheni incolis
concessa. II. Omnes cujuscunque con-
ditionis incolæ cis & ultra Rhenum
Domui Austriacæ subditi, statim post
promulgatam pacem, omnibus suis bo-
nis & juribus restituantur. III. Tenea-
tur Rex Episcopus Argentinensem &
Basileensem, reliquosque Ordines im-
mediatos, Abbatias Murbacensem, Lu-
decensem, Andlaviensem, Benedicti-
nos in valle S. Georgii, Palatinos de
Lutzstein, Comites de Hanau, Flecken-
stein, Eberstein totamque Alsatia Nobilitatem,
ac prædictas decem civitates in pristinam
libertatem & Immediatatis possessionem
reducere. IV. Rex præfato Archiduci in
compensationem solvat tres milliones
librarum Turonensium. V. Idem in se
recipiat duas tertias debitorum ærarii
Enfishemiani. Præterea Galli secreto
articulo promissere, quod Rex, dum
metus belli Turcici est, quotannis
centum quinquaginta millia Thalerorum,
fervente autem ipso bello, Cæsari
decem armatorum millia stipendiis
propriis conscripta, per triennium
submittere velit.

§. XCIX.